# 0283-0296- SS Caius [Gaius] - Decreta ad Felicem Episcopum

O93, f. 27vb; N442, f. 60va; V630, f. 63ra; I83, f. 131va; VD38, f. 124va; SG670, p. 261b; P9629, f. 36v

INCIPIUNT[1] DECRETA GAII[2] PAPAE.

Dilectissimo fratri Felici episcopo Gaius.

Directas[3] ad[4] [5] nos tuae caritatis epistolas plenas[6] catholicae inquisitionis[7] sollicitudine gratan<P9629, f. 37r>ter[8] [9] accepimus[10] benedicentes dei nostri clementiam, quia tales[11] extremis[12] mundi partibus dignatur suis ovibus providere pastores, per quos et pascuis[13] valeant salutaribus abundare et ab iniqui lupi[14] rapacitate servari, ut insidias nequeant eius subreptionis incurrere[15]. Unde certum est, quia promissae[16] vos beatitudinis gratia[17] subsequatur, quando a vobis caelestium perfectio doctrinarum tam votivae[18] [19] <I83, f. 131vb> sciscitationis[20] perquiritur. Scriptum est enim: Beati, qui perscrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum.
Hoc igitur, frater[21] carissime, propositum tuae consultationis[22] tota mente tractantes de te quoque provenire[23] [24] confidimus, qui regulam catholicae fidei isdem studes tenere vestigiis, quibus eam in apostolica sede cognoscis esse fundatam. Et quamvis sonus eorum toto orbe <VD38, f. 124vb> diffusus[25] <SG670, p. 262a> et usque ad fines orbis terrae verba eorum distensa[26] dilectionis tuae[27] corda[28] Christo probaverunt esse fidelia, tamen si quid[29] ex his in hac[30] ecclesia, quae tuae gubernationi deo auxiliante commissa est, necdum plena <N442, f. 60vb> luce claruerit[31], ad eundem fontem, de quo illa salutaris[32] manarat[33] [34] lympha[35] recurritis[36], id[37] [38] est, quod debita[39] caritate[40] sumus amplexi[41], quia fiducialiter de his, unde apud eos observantiam esse dixistis ambiguam[42], nostra voluistis[43] responsione firmari. Quapropter dilectionem tuam in domino salutantes de singulis, quid[44] iuxta catholicam disciplinam teneat apostolicae sedis auctoritas, subiectis[45] aliquibus etiam sanctorum[46] capitulis regu<I83, f. 132rb>larum te credidimus[47] instruendum[48].
Primum[49] quidem scias[50] paganos et hereticos non posse christianos accusare aut vocem infamationis[51] [52] inferre. Deinde nemo umquam episcopum apud[53] iudices saeculares[54] aut reliquos[55] clericos[56] accusare praesumat. Et si quis episcopus[57], presbyter aut[58] diaconus vel quilibet <SG670, p. 262b> clerici[59] apud episcopos, quia[60] alibi non oportet, a qualibet persona, quae rite recipienda est, fuerint accusati, quicumque <VD38, f. 125ra> fuerit[61], sive ille sublimis vir honoris, sive ullius alterius dignitatis, qui[62] hoc genus illaudabilis[63] inten<V630, f. 63rb>tionis arripuerit[64], noverit docenda[65] probationis, monstranda[66] [67] documentis se debere inferre[68]. Si quis ergo[69] circa[70] huius modi personas non probanda detulerit, auctoritate huius sanctionis[71] intellegat se iacturam[72] infamiae sustinere, ut damno pudoris[73], aestimationis[74] dispendio[75] [76] discat[77] sibi alienae verecundiae impune insidiari[78] saltem[79] de[80] cetero[81] non licere.
Nam[82] qualiter ad concilium veniatur, aut[83] qualiter de suis rebus exspoliatis[84] vel eiectis a sedibus propriis aut, qui[85] accusatores sint recipiendi[86] quive[87] non sint, aut qualiter eiectis et[88] [89] exspoliatis sint omnia[90] legibus redintegranda, quae eis[91] ablata sunt, quia, prius<I83, f. 132rb>quam hoc factum fuerit, nullum crimen eis[92] obicere[93] potest[94], et quod[95] induciae[96] [97] [98] illis post[99] integram[100] restaurationem anniversariae vel[101] sex mensium in<SG670, p. 263a>dulgendae <O93, f. 28ra> sint, et qualiter sua[102] omnia licenter et pacifice absque ullius grave[103] [104] impedimento[105] disponere[106] et suorum amicorum et[107] ecclesiasticorum <VD38, f. 125rb> patrum consiliis uti debeant, sufficienter ab apostolis suorumque[108] decessoribus[109] ac nostris praedecessoribus statutum esse putamus. Super his autem non reor[110] amplius nunc fore disputandum, nisi, si[111] surrexerint talia, quae adhuc non sunt manifesta. Si eorum autem statuta non habueritis[112], mittite fidelissimos scriptores, qui haec coram[113] fidelibus testibus excipere[114] vobisque reportare sub stipulatione[115] [116] valeant.
Ceterum[117] ut satisfaciam consultis[118] tuis de verbo incarnationis et veritatis, <N442, f. 61ra> quicumque illi[119] sunt ita[120] obcaecati et[121] a lumine veritatis[122] alieni, ut[123] verbi[124] dei a tempore incarnationis denegent veritatem, ostendant, in quo sibi christianum nomen usurpent[125] [126] et cum evangelio veritatis aequa[127] ratione concordent, si per virginis partum aut caro sine deitate aut deitas est or<I83, f. 132va>ta sine carne. Sicut enim negari[128] non potest evangelista dicente, quod verbum caro factum est et habitavit in nobis, ita <SG670, p. 263b> negari[129] non potest beato apostolo[130] Paulo praedicante, quod deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Quae autem reconciliatio esse posset[131], qua[132] humano generi <VD38, f. 125va> repropitiaretur[133] deus, si hominis causam mediator dei hominumque[134] non susciperet? Qua[135] vero ratione[136] veritatem mediatoris impleret[137], nisi, qui in forma dei aequalis est patri, in forma[138] servi particeps[139] esset et nostri, ut mortis[140] vinculum[141] unius praevaricatione[142] [143] contractum[144], unius morte, qui solus morti nihil debuit, solveretur[145]? Effusio enim iusti[146] sanguinis Christi tam fuit dives ad pretium, <V630, f. 63va> ut, si universitas captivorum in redemptorem suum crederet, <P9629, f. 37v> nullum diaboli vincula retinerent, quoniam, sicut apostolus ait: Ubi abundavit peccatum, superabundavit et[147] gratia. Et[148] cum sub peccati praeiudicio nati potestatem acceperint[149] ad iustitiam renascendi, validius[150] factum[151] est donum[152] libertatis quam debitum servitutis. Quam itaque[153] sibi in huius sacramenti praesidio[154] spem relinquunt[155], qui in salvatore <I83, f. 132vb> nostro negant humani corporis veritatem? Dicant, quo[156] sacrificio reconciliati, dicant, quo[157] sanguine sunt redempti. <SG670, p. 264a> Quis est, ut apostolus ait, qui tradidit[158] semetipsum pro[159] nobis oblationem et hostiam[160] deo in odo<VD38, f. 125vb>rem

suavitatis[161]? Aut quod[162] umquam[163] sacrificium[164] sacratius[165] fuit quam, quod verus et aeternus pontifex altari crucis per immolationem suae carnis imposuit? In[166] conspectu domini pretiosa iustorum mors[167] [168] fuit, nullius tamen insontis[169] occisio redemptio fuit mundi. Acceperunt iusti, non dederunt coronas. De fortitudine fidelium exempla nata sunt patientiae, non dona iustitiae, singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quisquam[170] debitum suo[171] fine persolvit, cum filius hominis unus dominus noster Iesus Christus, qui vere erat[172] agnus immaculatus[173], exstiterit[174], in quo omnes crucifixi[175], omnes mortui, omnes sepulti, omnes sunt etiam[176] suscitati. De quibus ipse dicebat: Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Fides etenim iustificans impios et creans[177] iustos ad humanitatis retracta participium in illo acquirit salutem, <I83, f. 133ra> <N442, f. 61rb> in quo solus[178] homo se invenit innocentem, liberum habens per gratiam dei de eius potentia gloriari, qui contra hostem <SG670, p. 264b> humani generis <VD38, f. 126ra> in carnis nostrae humilitate congressus his victoriam suam tribuit, in quorum[179] corpore triumphavit[180].

Licet ergo in uno domino[181] nostro Iesu Christo vero dei[182] atque hominis filio verbi[183] et carnis una persona sit, quae[184] inseparabiliter[185] atque indivise[186] communes habeat[187] [188] actiones, intellegendae[189] tamen sunt ipsorum operum qualitates[190], et sic verae fidei contemplatione[191] cernendum est, ad[192] quae provehatur humilitas carnis, et ad quae[193] inclinetur altitudo deitatis, quid sit, quod caro sine verbo non agit[194], et quid sit, quod verbum sine[195] carne[196] non efficit[197] [198]. Sine verbi enim potentia nec conciperet virgo nec pareret[199], et[200] sine veritate carnis obvoluta[201] pannis <V630, f. 63vb> infantia non iaceret. Sine[202] verbi potentia non adorarent magi puerum stella indice[203] declaratum[204], sine veritate carnis non iuberetur transferri in Aegyptum puerum[205] et ab Herodis persecutione subduci[206]. Sine verbi potentia non diceret[207] [208] vox patris missa de caelo: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit[209], <I83, f. 133rb> ipsum audite, et sine veritate carnis non protestaretur[210] Iohannes: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata <VD38, f. 126rb> mundi. Sine verbi potentia non[211] fieret redintegratio[212] [213] debilium et vivificatio mortuorum, et sine veritate carnis nec[214] cibus ieiuno nec somnus esset necessarius fatigato. Postremo sine verbi potentia non se dominus[215] patri[216] profiteretur aequalem[217] et sine veritate carnis non idem diceret patrem se esse maiorem, <SG670, p. 265a> cum catholica fides utrumque[218] suscipiat, utrumque defendat, <O93, f. 28rb> quae secundum confessionem beati Petri apostoli unum Christum[219] dei filium et hominem credit[220] et verbum. Quamvis itaque in illo, ex quo in utero virginis verbum caro factum est, nihil umquam in utramque[221] [222] formam aliquid[223] divisionis[224] exstiterit et per omnia incrementa corporea[225] unius personae[226] fuerint totius[227] temporis actiones[228]. Ea[229] ipsa namque[230], ut ita dicam, quae inseparabiliter facta sunt, nulla commixtione confundimus[231], sed quid cuius formae sit, ex operum qualitate sentimus. Dicant ergo <N442, f. 61va> isti hypocritae, qui[232] caecis[233] mentibus lumen volunt[234] recipere veri<I83, f. 133va>tatis, in qua forma crucis ligno dominus maiestatis Christus affixus sit, quid[235] iacuerit <VD38, f. 126va> in sepulchro et revoluto monumenti[236] lapide, quae[237] tertia die caro[238] surrexerit[239]. Et quia[240] post resurrectionem suam non credentes quosdam discipulos[241] arguebat et hesitationem cunctantium confutabat, cum diceret: Palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere, et apostolo <SG670, p. 265b> Thomae: Infer[242] manum tuam in latus meum et vide manus meas et pedes, et noli esse incredulus, sed fidelis, qua[243] utique manifestatione[244] corporis[245] sui iam hereticorum mendacia destruentur[246], ut universa ecclesia Christi innovando[247] doctrinis hoc non[248] sibi dubitaret[249] credendum[250], quod apostoli susceperant[251] credendum[252]. Ac si in[253] tanta[254] luce[255] veritatis tenebras suas heretica obturatio[256] non relinquit[257], ostendant[258], unde sibi spem vitae polliceantur aeternae, ad quam nisi per mediatorem dei et hominum[259] hominem Iesum Christum non potest[260] perveniri[261]. Sicut enim ait beatus <V630, f. 64ra> Petrus apostolus: Non est aliud[262] nomen datum hominibus sub caelo, in quo oporteat nos salvos fieri, nec[263] est redemptio captivitatis huma<I83, f. 133vb>nae, nisi in sanguine eius, qui dedit <P9629, f. 38r> semetipsum redemptionem pro omnibus, <VD38, f. 126vb> et qui[264], sicut[265] praedicat apostolus Paulus: Cum in forma dei esset non rapinam[266] [267] arbitratus[268] est esse[269] se[270] aequalem deo[271], semetipsum exinanivit[272] formam[273] servi[274] accipiens, in similitudinem[275] hominum factus et habitu[276] inventus <SG670, p. 266a> ut homo. Humiliavit semetipsum factus oboediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod et deus illum[277] exaltavit et donavit illi nomen[278] [279], quod est super omne[280] [281] nomen, ut in nomine Iesu omne[282] genu flectatur[283] caelestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur[284], quia dominus Iesus Christus in gloria est[285] dei patris. Cum ergo unus sit dominus Iesus Christus, sed[286] verae deitatis veraeque humanitatis in ipso[287] una prorsus[288] eademque persona sit, exaltationem[289] tamen, quia[290] illum, sicut[291] doctor gentium dicit, exaltavit deus et donavit illi nomen[292], quod[293] super omne[294] nomen excellit[295] [296] [297], ad eam intellegimus pertinere[298] formam, quae ditanda erat[299] tantae[300] glorificationis augmento[301]. In forma quippe dei aequalis <N442, f. 61vb> erat[302] filius[303] patri[304] et inter genitorem atque unigenitum nulla erat[305] in essentia discre<I83, f. 134ra>tio, <VD38, f. 127ra> nulla in maiestate diversitas[306] nec[307] per incarnationis mysterium aliquid decesserat[308] [309] verbo, quod ei[310] patris munere redderetur. Forma autem <SG670, p. 266b> servi, per[311] quam impassibilis[312] deitas sacramentum magnae pietatis implevit, humana humilitas est, quae in gloria divinae potestatis[313] evecta[314] est, in tanta unitate ab ipso conceptu[315] virginis[316] deitate[317] et humanitate conserta[318], ut nec sine homine divina, nec sine deo ageretur[319] humana. Propter quod, sicut dominus maiestatis dicitur crucifixus, ita qui[320] ex[321] [322] sempiternitate[323] aequalis[324] est deo dicitur exaltatus, quia[325] inseparabiliter[326] manente unitate personae unus atque idem est[327] et totus hominis filius propter carnem et totus dei filius propter unam cum patre[328] deitatem. Quicquid enim in tempore accepit Christus, secundum hominem accepit, cui, quae non habuit, conferrentur[329] [330].

Nam secundum potentiam deitatis[331] indifferenter[332] [333] omnia, quae habet pater, etiam filius habet, et quae in forma servi a patre accepit, eadem in forma dei etiam ipse donavit, <SG670, p. 267a> secundum <VD38, f. 127rb> enim[334] dei[335] formam ipse et pater unum sunt. Secundum formam[336] enim[337] servi non venit facere voluntatem suam, <V630, f. 64rb> sed voluntatem eius, qui misit eum, <I83, f. 134rb> secundum formam dei, sicut pater <O93, f. 28va> habet vitam in semetipso, sic dedit et filio habere vitam in semetipso. Secundum formam servi tristis est[338] anima eius usque ad mortem. Et idem ipse est, sicut apostolus praedicat, et dives et pauper: dives, quia[339] evangelista dicente: In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum, hoc erat in principio apud deum, omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso[340] factum est nihil, pauper vero, quia propter nos verbum[341] [342] caro[343] [344] factum est et habitavit[345] in nobis. Quae[346] autem est eius exinanitio[347], quae[348] vero[349] paupertas, nisi formae servilis[350] acceptio, per quam verbi[351] maiestate[352] vel[353] [354] acta dispensatio[355] humanae redemptionis impleta est? Nam quia captivitatis nostrae resolvi[356] [357] originalia vincula non poterant, <SG670, p. 267b> nisi exsisteret homo nostri generis nostraeque naturae, quem[358] peccati praeiudicia[359] <VD38, f. 127va> non tenerent, et qui immaculato[360] sanguine suo[361] chirographum laetale[362] dilueret[363], sicut ab initio erat divinitus[364] praeordinatum[365], ita est in plenitudine temporis perfectum[366], ut[367] [368] multis[369] modis significata promissio in[370] diu exspectatum veniret effectum, nec[371] posset[372] esse ambiguum, quod continuis[373] testifi<I83, f. 134va>cationibus[374] semper fuerat <N442, f. 62ra> nuntiatum. In magno autem sacrilegio se versari hereticorum manifestat impietas, cum specie[375] deitatis honorandae[376] humanae carnis in Christo denegant veritatem, et religiose[377] existimant credi[378] [379], si dicatur in salvatore nostro verum non esse, quod salvat, cum ita[380] secundum promissionem[381] omnia[382] saecula percurrentem[383] mundus sit[384] deo[385] [386] in Christo, ut, nisi verbum dignaretur caro fieri, nulla posset caro salvari. Omne enim sacramentum fidei christianae magno, ut heretici[387] volunt, decoloratur[388] obscuro[389], si lux veritatis sub menda<SG670, p. 268a>cio putatur latuisse fantasmatis. Non ergo <VD38, f. 127vb> quisquam sibi erubescendum existimet christianus de[390] nostri in Christo corporis veritate, quia omnes apostoli apostolorumque discipuli et praeclari ecclesiarum quique[391] doctores, qui ad martyrii coronam vel ad confessionis meruerunt gloriam pervenire, in huius fidei lumine splenduerunt consonis ubique sententiis intonantes[392], quod[393] in domino Iesu Christo deitatis et carnis una sit confitenda[394] persona. Qua autem rationis similitudine, qua divinorum voluminum[395] portione heretica[396] impietas[397] aestimat ad<I83, f. 134vb>iuvari[398], quae veritatem negat corporis Christi, cum hanc non lex testificari[399], non propheta[400] praecinere, non evangelia[401] docere, non ipse[402] destiterit Christus ostendere? Quaerat[403] <V630, f. 64va> per omnem seriem[404] <P9629, f. 38v> scripturarum, quo[405] tenebras fugiant, non quo[406] [407] verum lumen obscurent, et per omnia saecula ita veritatem inveniunt coruscantem[408], ut magnum hoc[409] mirabile[410] sacramentum ab initio videant creditum, quod est in fine completum. De quo[411], cum sanctarum[412] litterarum nulla pars[413] sileat, sufficit <VD38, f. 128ra> quaedam consona[414] veritatis signa posuisse[415], quibus diligentia fidei in splendidissimam latitudinem[416] dirigatur et sincera intellegentia[417] luce[418] prospiciat, quod in filio dei, qui se[419] insensibiliter[420] [421] filium hominis et hominem profitetur, non sit christianis erubescendum, sed constantissime gloriandum, quoniam, sicut ait beatus apostolus: Magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est[422] in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis[423], praedicatum est gentibus, creditum est[424] in hoc mundo, assumptum[425] est in gloria.

De[426] episcoporum vero et presbyterorum diaconorumque et sequentium clericorum ordinationibus sanctos apostolos <SG670, p. 269a> et successores eorum ac praecipue Anacletum et <I83, f. 135ra> postea[427] alios sufficienter statuisse cognoscimus. Et idcirco non est necesse nos replicare[428], nisi quod illi non statuerunt. Illud[429] tamen nos statuentes vobis et omnibus servare mandamus, ut[430] ad[431] ordines ecclesiasticos sic ascendant in ecclesia, <N442, f. 62rb> qui ordinari merentur, id est, si quis episcopus esse meretur, sit <VD38, f. 128rb> primo[432] ostiarius, deinde[433] lector, postea[434] exorcista, inde sacretur accolitus, demum[435] vero subdiaconus[436], deinde diaconus et postea presbyter, et[437] exinde, si meretur, episcopus[438] ordinetur. Et[439] regiones, sicut in hac urbe fecimus[440], per singulas urbes, quae populosae fuerint, diaconibus[441] dividentur[442].

Et quaecumque difficiles quaestiones per singulas provincias exortae fuerint, semper ad sedem apostolicam referantur[443].

Bene vale, frater, et ora pro nobis. <O93, f. 28vb>

Data Kal. Mart. Diocletiano IIII[444] et Constantio[445] II vv. cc[446]. conss. EXPLICIT[447].

O93, f. 28vb; N442, f. 62rb; V630, f. 64va; I83, f. 135ra; VD38, f. 128rb; SG670, p. 269a; P9629, f. 38v

1 *Überschrift*] EPISTOLA SANCTI GAII PAPAE *SG670*
2 GAGI *V630;* GAI *P9629;* GAGII *I83*
3 Directos *P9629*
4 ad *fehlt I83*
5 ad nos] nobis *SG670*
6 plenas *korr. aus* plena *SG670*
7 inquisitionis *korr. aus* inquisionis *I83*
8 *am Rande* letanter *VD38*

9 gratant *N442*
10 accipimus *VD38*
11 tales] tales in *korr. aus* tales *SG670*
12 extremis] ex terminis *V630*
13 *am Rande* Doctrinis *VD38*
14 *am Rande* Diaboli *VD38*
15 incurre *VD38*
16 promississe *P9629*
17 gratia *korr. aus* gra *N442*
18 votiva *korr. aus* votive *P9629*
19 votivae sciscitationis] votiva sciscitatione *I83;* votiva susceptione *SG670*
20 sciscitatione *I83;* sciscitationis] sciscitationis ardore *VD38;* susceptione *SG670*
21 frater *fehlt SG670*
22 consolationis *I83; VD38; SG670*
23 *interlinear* scilicet similes tuarum *SG670*
24 prevenire *P9629*
25 *am Rande* dilatatus dispersus *VD38*
26 *am Rande* Extensa *VD38*
27 suae *I83; SG670*
28 corda *korr. aus* corda esse *I83;* corda] corda pro *SG670*
29 qua *VD38*
30 hac *fehlt V630;* hec *VD38*
31 claruerunt *I83; VD38;* claruerat *korr. aus* claruerunt *SG670*
32 *interlinear* id est sedes apostolica *SG670*
33 manarat *fehlt I83;* manaret *VD38*
34 manarat lympha] triumphat *SG670*
35 *am Rande* Aqua salutaris limpha doctrina est spiritalis *VD38*
36 recurris *VD38*
37 Sed *VD38*
38 id est quod] Ideoque *SG670*
39 *interlinear* scilicet vestras perquisitiones *SG670*
40 caritati *I83*
41 *am Rande* Suscepimus *VD38*
42 *am Rande* dubiam *VD38*
43 voluisti *P9629; VD38*
44 quid *korr. aus* que *P9629*
45 subiectos *O93, P9629*
46 sanctarum *I83; VD38; SG670*
47 credimus *V630; I83; SG670*
48 *am Rande* Docendum *VD38*
49 *am Rande* Quod pagani et heretici non possunt christianos accusare *V630;* Pagani et heretici acusare nequeunt *P9629; am Rande* De accusatione *I83*
50 scies *P9629*
51 *am Rande* Criminationis accusationis *VD38*
52 aestimationis *V630*
53 ad *SG670*
54 saeculares *korr. aus* singulares saeculares *V630*
55 reliquos *fehlt SG670*
56 clericos *fehlt I83; VD38*
57 episcopis *P9629;* episcopum *SG670*
58 aut diaconus vel *korr. aus* aut *O93*
59 clericus *N442; SG670;* persona *VD38*
60 quia *korr. aus* qui *I83*
61 fuerint *V630;* fuerit *korr. aus* fuerint *SG670*
62 quę *SG670*
63 *am Rande* Vituperabilis *VD38*
64 *am Rande* Appraehenderit *VD38*
65 documenta *VD38*
66 *interlinear* o *SG670*
67 monstranda documentis] documenta *V630*

68 *am Rande* Inicere Indicere *VD38*
69 ergo *korr. aus* ergo ergo *SG670*
70 circa] circa tales *VD38*
71 *am Rande* Institutionis *VD38*
72 *am Rande* Periculum *VD38*
73 pudoris] pudoris et *korr. aus* pudoris *SG670*
74 *am Rande* Confusionis *VD38*
75 *am Rande* Periculo dampno *VD38*
76 disponendo *am Rande* vel dispendio *V630*
77 dicat *O93; P9629; N442*
78 insidias *SG670*
79 salutem *O93; P9629;* saltem *korr. aus* salutem *V630*
80 de cetero] dicere *I83; SG670*
81 cetero] cetero *korr. aus* cetero deinceps *VD38*
82 *am Rande* De expoliatis *I83*
83 aut qualiter de suis rebus exspoliatis vel eiectis a sedibus propriis *fehlt I83*
84 exspoliatis vel eiectis] expoliati vel eiecti *korr. aus* expoliatis vel eiectis *P9629;* expoliati vel eiecti *SG670*
85 quia *VD38*
86 repiendi *VD38*
87 quive] et qui *korr. aus* qui *SG670*
88 et exspoliatis] si expoliati *I83;* expoliatisque *VD38*
89 si *korr. aus* et *P9629;* si *I83; SG670*
90 omnia] omnia iure *VD38*
91 ei *O93; P9629; I83*
92 ei *I83*
93 obici *N442; VD38; SG670*
94 poterit *V630*
95 qualiter *V630*
96 inducie *korr. aus* induci *P9629; VD38*
97 induciae illis] illis indutiae *V630*
98 induciae illis post] infuci potest *VD38*
99 potest *VD38*
100 intigram *P9629*
101 vel *fehlt N442*
102 sua *fehlt SG670*
103 gravi *korr. aus* grave *V630;* gravi *I83; VD38; SG670*
104 impedimento] inpedimentum *O93*
105 inpedimentum *P9629*
106 *am Rande* Ordinare *VD38*
107 et *fehlt N442; I83; VD38;* vel *SG670*
108 eorumque *SG670*
109 successoribus *korr. aus* decessoribus *SG670*
110 *am Rande* Arbitror *VD38*
111 si *fehlt I83; VD38; SG670*
112 habetis *korr. aus* habueritis *VD38*
113 coram *korr. aus* oram *P9629*
114 *am Rande* Transscribre *VD38*
115 *am Rande* Confirmatione testificatione *VD38*
116 asstipulatione *korr. aus* stipulatione *SG670*
117 *am Rande* De his qui verbi dei a tempore incarnationis denegant veritatem *V630*
118 *am Rande* Interrogationibus *VD38*
119 illi *fehlt I83; SG670*
120 qui *VD38*
121 et *fehlt VD38*
122 veritatis] veritatis ita *SG670*
123 et *VD38*
124 verbo *VD38*
125 usurpent *fehlt N442*
126 *am Rande* Indigne accipiunt non iuste sed usu tantum habent *VD38*
127 *am Rande* Iusta vera *VD38*

128 negare *I83; VD38*
129 negari *korr. aus* negare *O93*
130 apostolo Paulo] paulo apostolo *SG670*
131 potest *I83;* posset *korr. aus* potest *SG670*
132 qua *korr. aus* quia *P9629;* qui *I83*
133 *am Rande* Parcere indulgere propitium id est placabilem se faceret *VD38*
134 hominumque] hominumque carnem *SG670*
135 Quae *V630*
136 rationem *O93*
137 impleret *korr. aus* implere *P9629*
138 *am Rande* In substantia divinitatis *VD38*
139 particeps *korr. aus* partipeps *SG670*
140 mortis vinculum] mora sui oculum *O93; P9629; N442; I83*
141 aculeus *V630;* piaculum *VD38*
142 praevaricatione *korr. aus* predicatione *V630*
143 *am Rande* Transgressione Assumptione *VD38*
144 contractus *V630*
145 *am Rande* Purgaretur disrumpetur *VD38*
146 iustis *I83*
147 et *fehlt V630; I83; VD38; SG670*
148 E *VD38*
149 acceperint *korr. aus* acceperit *P9629*
150 alidius *VD38*
151 factum *korr. aus* factus *SG670*
152 pretium *SG670*
153 utique *VD38*
154 *am Rande* Et eius potentia *VD38*
155 religunt *I83;* requirunt *SG670*
156 quo sacrificio] quos sacrifica *I83*
157 quos *I83*
158 tradit *I83*
159 pro nobis *fehlt V630; P9629*
160 *am Rande* hostia dicebatur oblatio quae offerebatur ad devincendos hostes id est inimicos *VD38*
161 suavitatis] suavitatis est *VD38*
162 quo *O93; I83; VD38*
163 umquam] ut ita dicam quod *SG670*
164 sacrificium *korr aus* sacificium *N442*
165 sacrius *VD38*
166 In] Licet in *V630*
167 moros *korr. aus* mors *P9629*
168 mors] mors semper *korr. aus* mors *SG670*
169 *am Rande* Innocentis *VD38*
170 quisquam *korr. aus* quam *SG670*
171 suo fine] suos fines *I83*
172 erat *fehlt VD38*
173 inmaculatus *korr. aus* maculatus *N442*
174 extiterat *I83*
175 *am Rande* Subauditur electio *VD38*
176 etiam *VD38*
177 creans *korr. aus* creas *P9629*
178 salus *I83*
179 quo *korr. aus* quorum *VD38*
180 *am Rande* Libertatem *VD38*
181 domino nostro *korr. aus* domino *N442*
182 deo *VD38*
183 verbis *korr. aus* verbi *SG670*
184 quae] quaeve *korr. aus* quae *SG670*
185 inseparabilis est *korr. aus* insepabilis est *VD38*
186 indivisa *VD38*
187 habeat *fehlt I83;* habet *SG670*

188 habeat actiones *fehlt VD38*
189 intellegendae] intelligenda et *I83*
190 qualitatis *I83*
191 *am Rande* Inspectione visu consideratione *VD38*
192 ad quae] atque *i83*
193 quam *V630*
194 agit *korr. aus* ait *SG670*
195 sine *korr. aus* sisne *P9629*
196 caro *I83*
197 *am Rande* Perficit *VD38*
198 efficit *korr. aus* efficítur *V630;* efficitur *I83*
199 pareret *korr. aus* parerarет *P9629;* pararet *VD38*
200 et sine veritate carnis obvoluta pannis infantia non iaceret *fehlt I83; VD38; SG670*
201 abvoluta *P9629*
202 Sine verbi potentia non adorarent magi puerum stella indice declaratum, sine veritate carnis non iuberetur transferri in Aegyptum puerum et ab Herodis persecutione subduci *fehlt SG670*
203 indice *korr. aus* in die *P9629*
204 declaratum] declaratum et *N442*
205 puer *V630; P9629*
206 *am Rande* Subtrahi *VD38*
207 fieret *P9629*
208 diceret vox patris missa de caelo: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit, ipsum audite, et sine veritate carnis non protestaretur Iohannes: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sine verbi potentia non fieret] fieret vox patris missa de caelo: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite, et sine veritate carnis non protestaretur Iohannes: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sine verbi potentia non fieret *korr. aus* fieret *P9629*
209 complacui *O93; P9629; SG670*
210 *am Rande* Affirmaret testimonium perhiberet *VD38*
211 non *korr. aus* no *N442*
212 *am Rande* Intelligimus *VD38*
213 integratio *SG670*
214 nec *korr. aus* ne *O93*
215 dominus patri] patri dominus *I83; SG670*
216 patri profiteretur] profiteretur patri *VD38*
217 *am Rande* Tam magnum *VD38*
218 utriusque *O93; P9629*
219 christi *SG670*
220 credidit *I83; VD38; SG670*
221 utraque *V630; I83; VD38*
222 utramque formam] utraque forma *I83; VD38; SG670*
223 alicuius *SG670*
224 divisionis *korr. aus* divisione is *SG670*
225 corporea] corporea ac *N442; VD38*
226 *am Rande* Nature substantie *VD38*
227 totus *VD38*
228 actiones ea] actiones *korr. aus* actiones et *SG670*
229 et *I83; VD38*
230 namque] namque nos *korr. aus* namque *SG670*
231 *am Rande* Permiscemus *VD38*
232 que *V630*
233 castis *SG670*
234 nolunt *SG670*
235 quod *O93;* qui *I83; VD38;* quis *korr. aus* qui *SG670*
236 monumenti *korr. aus* monumento *P9629*
237 quae *fehlt I83; SG670*
238 caro *fehlt SG670*
239 resurrexerit *korr. aus* resurrexit *V630;* resurexerit *P9629;* surrexit *I83;* resurrexerit *korr. aus* resurrexit *SG670*
240 quis *korr. aus* qui *SG670*
241 discipulos *korr. aus* dispulos *VD38*

242 *am Rande* mitte *VD38*
243 qua *korr. aus* quia *O93;* quia *V630; I83; VD38*
244 manifestationem *VD38*
245 corpori *P9629*
246 destruentur *korr. aus* destruetur *O93;* destruuntur *korr. aus* destruentur *SG670*
247 innovanda *VD38*
248 non sibi] sibi non *SG670*
249 dubitaret] dubitaret esse *korr. aus* dubitaret *P9629;* dubitaret esse *SG670*
250 credendo *O93*
251 susciperant *O93;* susciperent *I83; SG670;* suscipirent *VD38*
252 predicandum *korr. aus* credendum *VD38*
253 in *fehlt I83; VD38; SG670*
254 tantam *O93; V630; P9629; I83*
255 lucem *V630; P9629*
256 *am Rande* Dececatio mentis conclusio *VD38*
257 relinquit *korr. aus* reliquit *P9629;* reliquit *SG670*
258 ostendant *korr. aus* ostendat *P9629*
259 hominum *korr. aus* hominem *V630*
260 post *VD38*
261 pervenire *I83; VD38*
262 alium *VD38*
263 non *SG670*
264 quia *SG670*
265 sicut] sicut a *O93*
266 *am Rande* christi non rapinam arbitratus est *VD38*
267 rapina *N442; I83*
268 arbitratus est *korr. aus* arbitratus *SG670*
269 esse se] esse se *korr. aus* esse *N442*
270 se *fehlt O93; I83; SG670*
271 deo] deo sed *V630; N442; I83; VD38; SG670*
272 exinavit *VD38*
273 *am Rande* substantiam *VD38*
274 servi *korr. aus* set *P9629*
275 similitudine *P9629; N442; VD38*
276 *am Rande* Specie *VD38*
277 illum exaltavit] exaltavit illum *I83; SG670*
278 *am Rande* Ut esset deus et proprie filius
279 nomen quod est super omne nomen *korr. aus* nomen *SG670*
280 omnem *P9629*
281 omne nomen *kor. aus* omne *O93*
282 *am Rande* Omnis creatura in conspectu eius humilietur *VD38*
283 flectatur *korr. aus* flectetur *P9629*
284 *am Rande* Credat *VD38*
285 est *fehlt V630*
286 et *V630; SG670*
287 ipsa *SG670*
288 *am Rande* Certe *VD38*
289 exaltatione *O93; P9629; I83; SG670*
290 qua *V630; P9629; VD38; SG670*
291 sicut *fehlt I83; VD38;* ut *SG670*
292 nomen, quod super omne nomen *korr. aus* nomen *SG670*
293 quod] quod est *V630; P9629*
294 omnem *P9629*
295 *am Rande* precellet *VD38*
296 excellet *VD38*
297 excellit] excellit et *korr. aus* excellit *SG670*
298 pertimere *SG670*
299 erat *fehlt I83*
300 tantę *korr. aus* tandę *P9629*
301 augmento *korr. aus* augmentu *SG670*

302 erit *O93; N442;* est *I83; SG670*
303 flius *VD38*
304 patri *korr. aus* patris *SG670*
305 erit *korr. aus* erat *O93;* erit *I83*
306 *am Rande* Divisio *VD38*
307 nec per *korr. aus* nec *SG670*
308 *am Rande* Recesserat *VD38*
309 discesserat *I83;* decesserat *korr. aus* discesserat *SG670*
310 dei *I83*
311 per quam] qua *VD38*
312 *am Rande* Que pati non potest *VD38*
313 potestatis *korr. aus* potestis *V630;* potestis *korr. aus* potestas *P9629; ;* pietatis *N442*
314 evecta est] evecta *korr. aus* evecta est *SG670*
315 concepta *I83;* conceptu *korr. aus* conceptus *SG670*
316 virginis] virginis in *SG670*
317 deitatis *V630;* deitatem *I83*
318 conserta] conserta est *O93;* conserta est *korr. aus* conserta *P9629;* conservata est *SG670*
319 agerentur *korr. aus* ageretur *P9629;* agerentur *I83; SG670;* ageret *VD38*
320 qui ex] qua *I83*
321 ex *fehlt SG670*
322 ex sepiternitate] exemit per macte *P9629*
323 sempiternitate *korr. aus* sempnitate *V630;* empiternitate *VD38*
324 aequalis *korr. aus* aqualis *SG670*
325 Qui *VD38*
326 inseparabiliter *korr. aus* insepabiliter *VD38*
327 est et *fehlt SG670*
328 patre] patre et *I83;* patre *korr. aus* patrte cum *SG670*
329 *am Rande* Darentur tribuerentur *VD38*
330 conferuntur *SG670*
331 deitatis *korr. aus* deitas *SG670*
332 *am Rande* Sine differentia *VD38*
333 indeferenter *P9629;* indifferenter *korr. aus* indifferentur *SG670*
334 enim *fehlt V630; I83*
335 deus *VD38*
336 formam enim] enim formam *V630*
337 enim *fehlt I83; SG670*
338 est *korr. aus* es *P9629*
339 quia *korr. aus* qui *P9629*
340 illo *I83; VD38*
341 *am Rande* Deus homo factus est *VD38*
342 verbum caro *korr. aus* verbum *N442; SG670*
343 caro *fehlt O93; I83*
344 caro factum est] factum est caro *V630; P9629*
345 habitabit *SG670*
346 Qui *I83*
347 *am Rande* Anullatio *VD38*
348 quae vero] quaeve *V630*
349 vero *korr. aus* vera *SG670*
350 serservi *I83*
351 verbum *SG670*
352 maiestatem *V630; P9629*
353 *am Rande* Cooperta *VD38*
354 vel acta] velata *I83; VD38;* velata *korr. aus* vel acta *SG670*
355 dispensatione *korr. aus* dispensatio *SG670*
356 *am Rande* Disrumpi *VD38*
357 resolvi *korr. aus* resolvit *SG670*
358 que *P9629;* quam *I83*
359 *am Rande* Condempnationes *VD38*
360 immaculata, *interlinear* o *SG670*
361 suo] suo volo *VD38*

362 etale *VD38*
363 dilueret *korr. aus* delueret *P9629;* diluerent *I83; VD38;* dilueret *korr. aus* diluerunt *SG670*
364 divinitus *korr. aus* divinitas *P9629*
365 praeordinatam *I83;* preparatum praeordinatum *VD38*
366 perfectum Prefigurata operis perfectionem id est nostram redemptionem *VD38*
367 *am Rande* Cirografum dicitur manus scriptio
368 ut] ut eum *korr. aus* ut *SG670*
369 multis *korr. aus* multi *P9629*
370 in diu] indui *I83*
371 Non *I83; SG670*
372 posse *I83*
373 continuis *korr. aus* continui *P9629;* continuis *korr. aus* continuis assiduis *VD38*
374 testificationibus *korr. aus* iustificationibus *V630*
375 spetiem *VD38*
376 honorando *VD38*
377 religiose *korr. aus* religio *P9629*
378 *interlinear* vel scire *P9629*
379 scire *SG670*
380 ita secundum *korr. aus* ita *N442*
381 permissionem *O93; P9629; N442; I83*
382 omnia saecula] omni sęculo *korr. aus* omnia sęcula *SG670*
383 percurrente *SG670*
384 scit *VD38*
385 domini *VD38*
386 deo] deo reconciliatus *korr. aus* deo *V630*
387 heretici *korr. aus* heretico *O93*
388 decoloratur *korr. aus* decolatur *P9629*
389 *am Rande* Mortiferum *VD38*
390 dei *P9629*
391 quique *korr. aus* quinque *SG670*
392 *am Rande* Exorantes *VD38*
393 quod in *korr. aus* quod *SG670*
394 confitenda *korr. aus* consistenda *SG670*
395 *am Rande* Absconditum fuisse *VD38*
396 heretica] heretica se *korr. aus* heretica *SG670*
397 impietas] impietas se *korr. aus* impietas *V630*
398 adiuvari *korr. aus* adiurari *P9629*
399 *am Rande* Concordantibus *VD38*
400 prophetę *SG670*
401 evangelista *I83*
402 ipsa *I83*
403 Quaerant *V630;* Quaerat] Querant ergo *korr. aus* Querat *SG670*
404 *am Rande* Ordinem dispositionem *VD38*
405 quorum *VD38*
406 quorum *P9629*
407 quo verum] quorum *I83; VD38*
408 *am Rande* Splendentem *VD38*
409 hoc] hoc et *korr. aus* hoc *SG670*
410 mirabiles *P9629*
411 quo cum] quo autem *korr. aus* quo *SG670*
412 sanctarum *korr. aus* sanctorum *V630*
413 pars *korr. aus* pras *P9629*
414 *am Rande* Clamare *VD38*
415 *am Rande* adnuntiantes *VD38*
416 latitudine *P9629*
417 diligentia *VD38*
418 lucem *SG670*
419 se *fehlt VD38*
420 *interlinear* incessabiliter *VD38*
421 incessabiliter *korr. aus* insensibiliter *V630; SG670;* insensabiliter *P9629;* sensibiliter *VD38*

422 est in carne iustificatum est *korr. aus* est *V630*
423 angelus *VD38*
424 est *fehlt I83; SG670*
425 assumptus *VD38*
426 *am Rande* De ordinationibus *P9629*
427 praeterea *V630;* preterea *korr. aus* pretere *P9629*
428 replicare *korr. aus* republicare *SG670*
429 *am Rande* De ordinatione *I83*
430 *am Rande* Quomodo debent ascendere ad ordines ecclesiasticos qui ordinari merentur *V630*
431 ad *fehlt SG670*
432 prime *P9629*
433 deinde *korr. aus* dein *SG670*
434 praeterea *V630; P9629*
435 demum vero] Dein vero *korr. aus* De numero *SG670*
436 subdiaconus *korr. aus* subdiaconos *P9629*
437 et *fehlt I83; VD38; SG670*
438 episcopus ordinetur *korr. aus* episcopus *V630*
439 *am Rande* Nota Diaconos Regionarios *SG670*
440 facimus *korr. aus* fecimus *P9629;* facimus *I83; SG670*
441 diaconibus *korr. aus* diaconus *V630*
442 dividantur *N442; I83; SG670*
443 referantur Bene vale frater et ora pro nobis *korr. aus* referantur *V630*
444 uu *P9629;* IIII *fehlt N442; I83; VD38; SG670*
445 constantino *SG670*
446 claris *SG670*
447 EXPLICIT *fehlt V630; P9629; SG670*